

S. &amp; Obserr.

Admodum reverende Vir, dilectissime domine patris,  
 Diu quidem praesepit mihi animus, fore ut in reprehensionem incurram vel somni-  
 lentia vel negligentia, quod ne literam toto tempore, quo in hac Academia vixi, ad te de-  
 rim; at semper existimavi, me inventurum aliquem, quo culpam silentii deprecior. Cum  
 enim nihil scirem, quod tua scire magnopere interesse putarem, nunquam ausus fui  
 ulterius ineptire, teo virum sciam & gravem literis manibus compellere. Veruntamen  
 cum jam demum perspexisse mihi videar ex amicissima tua reprehensione, (quod multo ante  
 debueram) te meum in scribendo officium non spernaturum, tuam scire statum meum  
 maxime interesse, non potest abesse quin peccarim. Jonghe ergo quicquid hujus est, quod ce-  
 ti magnum est, sine me culpam emendare, ut quod cessatum dactenus, id diligentia re-  
 pariam. Misit mihi tua, dilectissime domine patris, trigesimo Augusti ab Albert  
 de Friesheim, qui statum hujus academiae ut spondicem petere, simul de sospitibus meis,  
 an apud Reformatos degam, an solus an inter alios commensales, an in eodem Sociospitio  
 concludere pro filio suo in promissa sit, nihil praeterea adiecit, nisi quod brevi ipse filium  
 suum Coloniam comitaturus sit, & tunc de aliis necessariis mecum collocaturus. Verbis  
 omnia perscripsit humanissimis & summi blandis. Eudae visum fuerit Deo Opt. max.  
 beneficis me quodam afficere, vix gratias ipsi satis dignas deferre poterō; & nihil me  
 hac in re, nisi favorem & benevolentiam deprecari, voluere erit. Tibi vero, dilectissime  
 patris, gratias quoque debeo maximas pro propensissimo illi tunc in me affectu, agnosco  
 illum, & agnoscam. Dum memor ipse mei, dum spiritus vos regit actus,  
 studia nostra quomodo sic floreat, crevis deprecari, praecipuum enim hoc est, unde pro-  
 fectus elucescit. Publicae quidem lectiones vel planè quis sunt, vel se habeantur, quod  
 perari sit nullius sunt momenti. Publicae disputationes Juridicae (Theologi enim ter  
 singulis septimanis publicè disputant) eadem raris, haec tamen qui rariores, id fructuosio-  
 res, soliti enim omnia discutuntur & respondentibus & opponentibus praesidio suo ma-  
 nitent. Privata vero collegia quod attinet, vix ea creco ullibi locorum majori cum alacri-  
 tate & majori cum fructu frequentari, quam Colonia. Haeccidant quotidiana conversatio-  
 nes cum viris doctrinā & eruditione clarissimis, inter quas unus, cujus sub praesidio  
 ego & popularis meus Harmsenius, nos duo soli, exercitium aliquod tam examinatorium  
 quam disputatorium spatio octimestri absolvimus, quod Brema integro biennio tanta  
 cum utilitate praestare non potuissimus. Isq. familiaris admodum utiq. nostrum,  
 vir juvenis adhuc, Basilea promotus, & orthodoxa religioni addictus. Pontificii sunt  
 conspiciuntur & idololatra, quamvis mens mihi sana in corpore sano, nunquam eis assen-  
 tiar. Vale, admodum reverende Vir, & salva plurimum una cum lectissima conjugē,  
 filio & filiabus dilectissimis

Colonia Agrippina d. 17.

Sept. 1653

ā

Tui observantissimo

J. Coccej

Cognatus noster dn. Joh. Dymiller cum uxore  
 & filia natu maxima per quatuordecim dies  
 omni humanitatis genere me Soci in loco affuit.

Om  
fa

Viro  
Honorabili reverendo &  
Maximo, Dno Johanni  
Coccejo SS. Theologiae  
Doctori & Professore ordi-  
nario.

Ludovicum

